

Custodi me a láqueo, quem  
statuerunt mihi: \* et a scánda-  
lis operántium iniquitátem.

Cadent in retiáculo ejus  
peccatóres : \* singuláriter  
sum ego donec tránseam.

Psalmus 141.

Voce mea ad Dóminum  
clamávi : \* voce mea ad  
Dóminum deprecátus sum :

Effúndo in conspéctu ejus  
oratióne meam, \* et tribu-  
lationem meam ante ipsum  
pronúntio.

In deficiéndo ex me spí-  
ritum meum, \* et tu cognoví-  
stí sémitas meas.

In via hac, qua ambulá-  
bam, \* abscondérunt lá-  
queum mihi.

Considerábam ad déxte-  
ram, et vidébam : \* et non  
erat qui cognósiceret me.


Périit fuga a me, \* et non  
est qui requírat ániam  
meam.

Clamávi ad te Dómine, \*  
dixi : Tu es spes mea, pórtio  
mea in terra vivéntium.


Inténde ad deprecatió-  
nem meam : \* quia humili-  
átus sum nimis.

Líbera me a persequénti-  
bus me : \* quia confortáti  
sunt super me.

Educ de custódia án-  
iam meam ad confiténdum  
nómini tuo : \* me exspé-  
ctant justi, donec retríbuas  
mihi.



Ant. CA-LICEM salutáris accípi-am : et nomen Dómini



invo-cábo.

Capitulum.

Philipp. 2.

FRATRES, Hoc enim sentíte in vobis quod et in Christo  
Jesu : qui, cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se æquálem Deo sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, et hábitu invéntus ut homo : humiliávit semetípsum factus obdiéns usque ad mortem, mortem autem crucis.